

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad
Exequalia Sacra Quae Dn. Georgio Vechnero Sprotta Silesio. parabuntur. a Dn.
Popularibus. Cives suos ... invitat**

Rostochi[j]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777137852>

Druck Freier  Zugang





II — 1561. 15.

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,

J. U. D. & Profefs. P.

AD EXEQV^UALIA SACRA

Quæ

Dn. GEORGIO
VECHNERO Sprottâ

Silesio.

parabuntur.

â Dn. Popularibus.

Cives suos officiosè & amanter in templum D. Ja-
cobi ad horam dimidiatam primam invitât.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

ANNO MDCXXXVIII.

II - 156¹⁵

RECTOR
HENRICVS RHANE
D. GEORGIO
VERCHNERO



ROSTOCK



RECTOR
Universitatis Rostochiensis
HENRICVS RAHNE,
J.U.D. & Prof. Civibus suis
litterariis S.

Scripturus Programma
panegyricum Juveni
præstantissimo Dn. GE-
ORGIO VECHNERO
Sprottâ Silesio, optarem duo mi-
hi dari; primum ne totiens mihi
occasio objiceretur religiosum
hoc obsequium & officium præ-
standi vitâ functis: ita enim foret
ne tantam cladem Resp. nostra u-
traq; pateretur ex obitibus homi-
num

Gggg 2 num

num honoratorum, civitas im-
muniore perseveraret a publica
clade: alterum ut Manibus erudi-
ti & honesti Studiosi, parem ho-
norem & meritam commenda-
tionem sacrare mihi hac vice lice-
ret. Utrumque quidem in votis ha-
berem. Sed praesens arumnabilis
temporis facies non patitur even-
tum respondere desiderio meo.
Quapropter excusatum me iri con-
fido apud omnes aequos rerum ar-
bitros, si hac vice non effundam
prolixos sermones, aut acrius in-
quiram in mores, in vitia, in alia
plurima, ad quae vita hominum
solet esse hac aetate prona ac pro-
clivis: Satius erit euarrare, quae
propius tangunt Defunctum no-
strum

strum: & quidem ea quæ multo
certius audiri & intelligi pote-
runt ex præfenti testimonio illo-
rum, qui penitus intermortui fa-
miliam cognovisse, ejus vitæ dif-
cursum quotidianâ conversatio-
ne perspexisse & didicisse potue-
runt. Sic ergò accepimus. Natus
est Sprottaviæ silesiorum, An: C.
1611. parente ADAMO VECHNE-
RO, Cive primario; ibidem edu-
catus usq; ad annum ætatis ferè
decimum sextum; bonisq; literis
informatus. Post A.C. 1627. mis-
sus est à Parentibus Lignicium,
quò ingenium litterarum cupi-
dum magis ac magis excoleret: u-
sus hospitio Viri Clarissimi &
Consultissimi Dn. MATTHÆI
Gggg3 Rü-


RÜDIGERI, Syndici apud Ligni-
censes optimè meriti: à quo sin-
gulari benevolentia amplexus, in
Pædagogū filio assumtus est. Hinc
Wratislaviam Silesiorum venit
A. C. 1632. Viroq; honoratissimo
Dn. PHILIPPO Bollgnad/Civi &
Mercatori primario, commenda-
tus; Patronorum opera, ut ejusdē
liberorum studiis præficeretur, fa-
cilè obtinuit. Hæsit autem ibi per
triennium, usq; dum scilicet, Aca-
demias, ad uberiores litterarum
mercatum, adire animum indu-
xit. Anno itaq; Christi 1635 inclu-
tam hanc Academiam accessit,
& Magnifico Rectore, Dn. PETRO
LAUREMBERGIO, Phil. & Med.
D. in numerum studiosorum re-
ceptus est, vixitq; cum omnihus
amicè

amicè per annos tres integros & quod super-
est. Valetudinem quod attinet: 6. Cal. O-
ctob. malè se habere occepir, eoq; ipso die
medicamentis sudorem provocantibus trusus
est, quæ quidem sudorem esse crederet; sed ma-
lum, quod quod erat, tollere non valeret.
Languoribus enim victus 3. Cal. Octob. ipso
die Michaëlis festo decumbere coactus est.
Invaluit indies præterspem ac opinionem
omnium morbus, ita ut 5. Non. Octob. jam
desperatus videretur; in somnis quippe age-
bat, & licet medicamentorū non nihil pro-
pinaretur ipsi aliquoties, vix assumptum mox
egestum, parum profuit. Tandem 3. Non.
Octob. & lingua officium denegare visa est,
donec ad vesperam hora dimidiâ octava in-
ter suspiria & vota (ut ex gessibus colligere
fuit) placidè expiravit. Durante morbo,
Patientiæ verè studiosum, piùm ac devotum
se exhibuit, & quoties ob dolores, quos sen-
sit gravissimos, potuit; devotis cantilenis,
precibus, maximè Oratione Dominicâ &
Symbolo Apostolico, se ipse erexit & conso-
latus est. Percepistis, Cives Academici in-
cliti, seriem vitæ, quam **VECHNERUS**
noster peregit. Conarer equidem eorum
animos,

animos, qui decessu GEORGII VECH-
NERI animo anguntur, excitare ad medi-
tationem fragilitatis nostrae, & ad piam con-
solationem: Sed haut dubio illi vel his non
indigent, jam satis functi, vel si aliqua illo-
rum pars (qua de re non sumus redditi sci-
entes) vivitq; ac vescitur aurâ *Aetherae, nec
adhuc crudelibus occubat umbris*, cogitabit ap-
ud animos suos, hanc esse positam legem,
omnibus Mortalibus, ut sicuti nati sunt ita
denascantur. Nostra nunc res agitur, Aca-
demiae Cives incliti: Gratificamini gratiam
Viro Juveni vestri ordinis, erudito, pio, mo-
desto, affabili, iisque ornato dotibus, quibus
vos operam quotidie locatis: Itc exequias
frequentes, neque vel tempestatis inclemen-
tia, vel negotiorum impedimentis averti pa-
tiamini à pio hoc officio, quod vobis ipsis
exhiberi optatis. P. P. sub sigillo Aca-
demiae Anno 1638. d. 8. Octobr.



amicè per annos tres integros & quod
est. Valetudinem quod attinet:
Etob. malè se habere occēpir, eoq;
medicamentis sudorem provocant
est, quæ quidem sudorem esse cre
lum, quodquod erat, tollere non
Languoribus enim victus, 3. Cal. O
die Michaëlis festo decumbere co
Invaluit indies præter spem ac opt
omnium morbus, ita ut, Noni O
desperatus videretur; in somnis qu
bat, & licet medicamentorū non
pinaretur ipsi aliquoties, vix assum
egestum, parum profuit. Tandem
Octob. & lingua officium denegat
donec ad vesperam horā dimidiā o
ter suspiria & vota (ut ex gestibus
fuit) placidè expiravit. Durante
Patientiæ verè studiosum, primum ac
se exhibuit, & quoties ob dolores, e
sit gravissimos, potuit; devotis ca
precibus, maximè Oratione Dom
Symbolo Apostolico, se ipse erexit
latus est, Percepistis, Cives Acade
cliti, seriem vitæ, quam VECHN
noster peregit. Conaret equidem



the scale towards document